



4567

1893

o-XVII, 291.

DE THAM-
MEROVAGANTE IN

Diocesi Mindensi commone-
factio, Vuitebergæ edita

Anno

M. D. LVII.



EPIGRAMMA.

Hæc te qui monitum uult lector amice, salutem
Diligit ille tuam diligit ille suam.
Nec tam fortis equi, quamuis animosus, amore,
Quam studio uerum, flagrat, amante Dcunt
Si tamen hæc pietas deliri in tempora seculi
Incidit, atq; suos sustinet ægra dies
Iudicium, præsens quo semper claudicat ætas
Sincera melius posteritatis erit.

P. V. Vratisl:



CHRISTIANO ET PIO
Lectori S. D.

THammerus homo rabiosus & fa-
naticus, quem uagari audimus in
Diocesi Mindensi, aliquanto iam tem-
pore & scriptis & uiua uoce contra do-
ctrinam Euangelij in Ecclesia euomuit
blasphemias, quæ refutandæ sunt non
uanum disputatione aut scriptis, sed
etiam iusto officio p̄ij Magistratus.
Summam doctrinæ ipsius (si tamen
doctrinæ appellationem tanta impu-
dentia, tantus furor, tanta rabies me-
retur) & præcipua Capita typis euul-
gauimus, nihil quidem ueriti, ne ulli ho-
mines sani etiam inter cæteros docirint
Ecclesiarum nostrarum aduersarios ab-
surdissimæ hominis ad flagitium usq;
infani adsentirentur uanitati ne dicam,
an Diabolice impietati, Sed primum
omnium, ut publica uoce testatum face-
remus, nos a Thammeri furoribus toto
pectore abhorrere, & eos expresse da-
mnare, deinde ut cognita flagitiousi ho-

A ij minis

minis impudentia & audacia, pñ omnes toto orbe terrarum considerent ista nostri seculi tam effrenis licentia & impunitas conuelliendi dogmata tradita expresso Dei uerbo , & in nostris Ecclesijs beneficio filij Dei λόγου αἰδίου πατρος recte explicata , quo tandem protrumpat & euadat impietatis.

Cum autem in editis ab ipso autore libris multo horribiliores blasphemiae extent , quam quæ his pagellis recitantur , nos quidem horibile organum Diaboli Thammerum ita rabiose conspurcantem fontes doctrinæ Euangelij contra suam ipsius & applausorum , si qui sunt conscientiam , indignissimum esse , aduersus quem uel scriptio[n]is , uel refutatio[n]is uerborum in manifestis blasphemis opera sumatur , non dubitamus communi totius Ecclesiæ consensu iudicari . Vетat enim filius Dei preciosissimam uerbi sui gemmam porcis & rabiosis canibus obijci , nec soli Timotheo præcipit Paulus , Sed toti Ecclesiæ ut à

ut à fanaticis seductoribus, qui non ac-
quiescunt sane & piæ doctrinæ Christi,
sed mentis peruersitate absorpti, & reli-
gione ad questum, uel ambitionis, uel
uentris causa abutentes, blasphemias λό-
γομαχίας spargunt, tanquam ab ἀυτοκα-
τάκερτοις auersa sit. Sed crescente indies
scelerata petulantia leuissimorum inge-
niorum, Principes, qui confessioni do-
ctrinæ Euangeliū sese cōiunxerunt, me-
mores esse debebant officij sui in coher-
cendis post legitimam cognitionem
blasphemis & omnibus palam & con-
tumaciter in Deum & aduersus Euan-
gelium contumeliosis. Hoc enim est
quod ipsis præcipitur Psal. 2. Et nunc
Reges intelligite, erudimini qui iudica-
tis terram, Seruite Domino. Et Pro-
verbiorū 28. Aufer impietatem à uultu
Regis & firmabitur iusticia Thronus
eius. Neq; enim si Magistratus Poli-
tici non possunt euellere ex peruersorū
hominum mentibus impias de Deo o-
piniones, ob eam causam externorum
etiam delictorum cum Decalogi præ-

A ij cipua-

eipua parte & Euangelio pugnantibus
um impunitatem concedere oportet,
quin doctrinæ peruersitatem & blasphemias
seuerissime prohibeant & puniant,
cum propter gloriam Dei, tum ex-
empli causa, ne malum pestiferum sui
contagio & licentia noceat pluribus.
Quod quidem gubernatores pios non
modo in populo Iudaico, sed aliarum
etiam Reges gentium cognita uera de
Deo doctrina legimus fecisse sedulo, ut
aduersus Deum contumelias sanctissi-
mis edictis & grauissimis poenis coer-
cere studerent. Ut Danielis de Nebo
cadnesare & Dario Medo abunde tes-
tantur historiæ. Dedit uero & Gene-
uensis Reipub. Magistratus ante annos
quatuor punitæ insanabilis blasphemiae
aduersus filium Dei sublato Serueto
Arragone, pium & memorabile ad os-
annem posteritatem exemplum.

Hanc piam curam tollendi Alas-
toras & professionem impiorum do-
gmatum, quæ aduersus Deum palam
contu-

contumeliosa sunt, si Principes & Ma-
gistratus aut ad se minus pertinere, aut
sibi licere arbitrantur ociosos spectato-
res esse prophani Euangeli & nomi-
nis diuini. contumelia adfecti in suis
territorijs, non solum officij sibi diuini-
tus commissi præcipuam partem non
intelligunt, Sed etiam sui periculi igno-
rant magnitudinem, dum alieni sceles-
ris & socios se & reos faciunt.

Debebant autem meminisse, gra-
uissimæ iræ Dei, quam sibi perpetua o-
missione præcipui officij cumulant, &
atrocissimarum pornarum, de quibus
concionatur uox diuina inquiens .1.
Reg. 2. Glorificantes me glorificabo,
& contemnentes reddam contemptos.
Et Zacha. 10. Super pastores populi
iratus est furor meus. Sed in omnium
manibus sunt Dei beneficio Prophetici
& Apostolici libri, & extant nostrorum
hominum de ea re uberiora scripta.

Hanc uero cōmonefactionem ad
A iiii didic.

didimus publicationi errorū, uel potius
insaniæ Thammeri, ut extaret Eccles
iarum nostrarum de homine flagitiose
impiο & aduersus Deum scelerato iu
diciū, & publicè constaret nos furo
res eius, ut par est detestari loco nostro,
eosq; ut uoce diuina & omnium Do
ctorum scriptis in Ecclesia Dei iandu
dum damnatos execrari. Oramus
autem filium Dei λόγον αἰδίον αἰδίου πα
τροῦ, custodem Ecclesiæ toto terrarum
orbe, ut nos omnes luce uerbi sui gu
bernet, & uasa misericordiæ salutaria
Ecclesiæ & nobis faciat, ac reprimat
Diabolum impellentem organa sua ad
maledicendum Deo, Euangeliō & Ec
clesiæ, & glorioſo ſuo aduentu, quem
læti exspectamus, finem faciat tristis
ſimorum in genere humano con
fusionum. Vuitebergæ die
Aprilis 10. Anno à Chri
ſto nato ſupra Millesimū
Quingentesimum
quinquagesimo
ſeptimo.

Capita

CAPITA ERRORVM THEO-
baldi Thammeri Mindæ in sum-
ma æde, Euangelium Dei in-
fideliter docentis.

- 1 Sola fides, quæ nititur promissioni-
bus diuinis de gratuita misericordia Dei
propter Christum, non iustificat pecc-
atorem.
- 2 Bona opera seu præstatio officij est
vera Fides, hæc saluat non illa.
- 3 Christi nativitas, meritum, crux,
mors, resurrectio, ascensio, non suffi-
ciunt ad iustificationem peccatoris.
- 4 Peccatorum omnium maximum
est occisum esse filium Dei, statuere au-
tem hoc maximum peccatum tibi im-
putari ad iusticiam, extrema insaniam est.
- 5 Christus non est ideo mortuus, ut
uel tibi uel mihi eius mors uel resurrec-
tio, ad iusticiam imputetur.
- 6 Sed per hoc Sacramentum, id est,
mortem suam, maximum peccatum
ipse patefecit. A v 7 Per

7 Per Christi mortem, maximum peccatum innotuit, ut nos illud porro fugiamus.

8 Per resurrectionem eius summa iusticia illuxit, in qua si iuxta exemplum Christi uixerimus nos quoque resurrexi-
mus, & uerè Christiani sumus.

9 Fateri nos esse massam peccati, atque adeo quicquid in nobis est, nihil posse aliud nisi peccare, est doctrina peruer-
sissima.

10 Nemo ex sacra scriptura probare poterit, nudam fidem, uel alienam iusticiam, aut externum aliquod meritum nobis imputatum iustificare. Nam Deus esset πρωτολήπτης acceptor personarum, si nobis impijs & malis existentibus, iusticiam imputaret, & non potius unumquemque ex operibus iudicaret.

11 Quemadmodum unusquisque posteaquam Christianus factus operatus est, siue bonum illud fuerit, siue malum ita iudicatur, non iuxta meritum Chri-
sti,

sti, quod ille sibi uult referuare, & non
tibi aut mihi imputare, hic nulla est im-
putatio.

12 Per nudam aut solam fidem, nul-
lum sit discrimin inter Turcas, Iudeos,
Gentiles, & Christianos, sed per ueram
fidem, quæ est præstare suum officium,
seu fidere, Glauben leisten.

13 Caro seu humanitas Christi facit
solummodo ad agnitionem uoluntatis
diuinæ, ad salutem seu uitam nihil pro-
dest.

14 Deitas uero & Spiritus, ubi iuxta
eiusdem doctrinam ad gloriam Dei op-
eratus fueris, uiuiscat.

15 Si porro Patri usq; ad mortem ob-
ediens fueris, tuamq; crucem porta-
ueris, ac tuum officium feceris, quemq;
admodum Christus tibi exemplū præ-
buit, suumq; officium fecit, iustificatus
es.

16 Si Christi exterritum meritum per
nudam fidem nobis applicatum sufficit
adiusticiam, ad quid tot sententiae, quæ
de bonis

de bonis operibus concionantur, nobis
præscriptæ sunt.

17 Vir non est caput uxoris, quia uir
& uxor una caro sunt, ideoç & coniu-
gium uocatur, ut sit idem uelle & idem
nolle inter eos, atç una rem domesti-
cam administrent, & ærumnas per-
ferant.

18 Melius est Sacerdotem domi ale-
re concubinam, quam uiuere in legitimo
coniugio, & aliam post aliam du-
cere,

19 Luterani non intelligunt quid sit
Lex & Euangeliū, quid autem Chri-
stus uel fides sit, penitus ignorant

20 Per nudam fidem & mortuam lis-
teram tantopere sunt fascinati & excoe-
cati, ut omnino sibi persuadeant sua
mendacia esse diuinam ueritatem, au-
t̄ic̄ spumam & feces esse purum putū.

21 Lutherana doctrina de sola fide
revera est Antichristi doctrina.

22 Omne peccatum contra consci-
entiam

entiam est peccatum in Spiritum san-
ctum.

23 Homicidæ, Latrones, fures, Adulteri, scortatores &c. etiam post ultimum supplicium, quo mundo tantum satis fit, non autem Deo, nunquam remissionem peccatorum consequuntur, sed æternis pœnis afficiuntur, horum autem pœnitentia nihil eis prodest.

Theobaldus Thammerus
in der Apology / wider
M. Hartmannum
Beyer.

Lache du vnd spotte mein wie
du wild / heisse mich auch einen
Genssdoctor vnd Berenringer
darzu / so wil ich mehr aus Ari-
stotele lernen / dein die ganze welt
kan oder vermag aus des Luthers
verkerte teudsche Bibel lernen /
welche nichts denn Retzerisch/
Rotten/Secten/Auffrhur/vnd
mord/mit jren verblümpten wor-
ten/

ten / wie jederman künd vnd offent
bar ist / gebüret / vnd wo sie nicht
bald abgethan / noch viel mehr
geberen wird.

Ich zweiffel auch gantz vnd
gar nichts / diese Bibel / sey des
Antichrists leibliche mutter / vnd
ber Sola fides sein Vater / Lu-
ther die Obstetrix vnd wehemut-
ter / Ir seine discipel vnd jünger/
die Seugammen / Ewre hohe
Schulen des new geborn Königs
Regenten / die gelerten sein Ritter-
schafft / so jm zu hofe reiten / die
euch zu hören / vnd dieser falschen
lere gehorsam leisten / seine Un-
terthanen / durch welche er sol-
chen gewalt vnd Tyranny erheilt
vnd bestetiget / Der HErr wölle
Vater Mutter vnd Son mit dem
Geist seines mundes stürzen/
vnd durch seine heilsame
zukunfft abthun/

Yg 3469

ULB Halle
004 396 014

3



5b.

m





Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DE THAM
ERO VAGANTE IN
Diocesi Mindensi commone-
factio, Vuitebergæ edita
Anno
M. D. LVII.

